A

1. Conſolatorium. Παραμυθίας.
1. Propoſitio, circumſtantia temporis illuſtrata: Tunc, cum tempora incipiant fieri triſtiſſima, Chriſtianos ſuſpicere, i. e. lætiſſ. animo eſſe debere, v. 28.
2. Ratio ab Utili: quoniam appropinquet illorum Redemtio, ibid.
3. Illuſtratio parabolica, à ficu & reliquis Arboribus. Membra Parabolæ duo ſunt: 1. Πρότασις v. 29. 30. 2. Ἀπόδοσις v. 31.

2. Exhortatorium:
1. Fugiendorum. Diſſuaſio habet IV. partes, quarū eſt:
1. Exordium attentionis, à ſempiterna Dicentis veritate ſumtum, v. 32. 33.
2. Propoſitio, κατ' ἀντίθεσιν Exceſſus & Defectus Temperantiæ. Cavete, ne corda, inquit, veſtra graventur; 1. Crapulâ & Ebrietate, v. 34. 2. Curis hujus vitæ, ibid.
3. Ratio, à periculoſo: ſubitusq; vobis ingruat dies ille, v. 34.
4. Ætiologia, à ſimili petito ab Aucupio, v. 35.
2. Faciendorum: Vigilate. Notatur autem
1. Tempus, quando ſit vigilandum: Omni tempore, v. 36.
2. Cauſſa; 1. Ad quid: ad preces fundendas, ibid. 2. Quare: Ratio Utilitatis: ut liceat iſta omnia effugere, & ſtare &c. v. 36.

III. Adventus, Matth. 11, 2.——10.

Verſatur hoc Evangelion, in Genere Cauſarum, partim

1. Judiciali. Quæſtio n. eſt de JESU Nazareno: Num is ſit verus Meſſias Cæterùm
1. Τὸ εἰ ἔστι in ſtatu conjecturali, Diſcipuli Iohannis, nomine magiſtri ſui incarcerati, Chriſto proponunt. Obſerva autem Quæſtionis propoſitæ,
1. Ἀφορμὴν & occaſionem, quam præbuit Rumor ille, de Factis Chriſti ſparſus, & ad Baptiſtam usq; in carcerem perlatus: unde certam ille conjecturam de Meſſiæ præſentia ſuos vult capere, imò abire, & rem omnem ex ipſo Domino cognoſcere, v. 2.
2. Μορφὴν, ſeu verba ejus formalia, v. 3.
2. Τὸ ὅτι in ſtatu Definitivo, ipſe Dominus aſtruit, tùm
1. Κατασκευαστικῶς ex aurium & oculorum judicio, v. 4. Me eſſe verum illum Meſſiam, teſtantur (ſecundum omnia Prophetarum vaticinia) mea tùm
1. Miracula videtis nāque ipſi meâ virtute: 1. Cæcos viſum recipere, v. 5. 2. Claudos ambulare. 3. Leproſos mundari. 4. Surdos audire. 5. Mortuos excitari.
2. Verba Conſolationis pleniſſ. Pauperes, ut auditis, Evangelizantur, v. 2.
2. Ἀνασκευαστικῶς, per Anticipationem tacitæ Diſcipulorum Objectionis, de vili & ſervili formâ ſuâ occurrendo, his verbis: Et beatus, qui non offenſus fuerit in ME, v. 6.

2. Demonſtrativo. Salvator namq; à diſceſſu Legatorum, v. 7. Sermonem de Johanne ad populum habet ἐγκωμιαστικὸν. vide Lit. B.

1. Κατ'